

NUMMUS MEMORIÆ DICATUS
 MAXIMILIANI I. IMPERATORIS,
 CUSUS DURANTIBUS COMITIIS IMPE-
 rialibus Augustæ Vindelicorum:
 Anno Christi 1518.



Vititifaciliq̃ue præditus erat ingenio Maximilianus I. Im-
 perator: necessitate, non nisi extremâ urgente arma indue-
 bat: sic, ingravescente jam ætate, operam dedit sedulò: quò
 pacatum, quântum quidem fieri posset, successori Imperium
 relinqueret. Præclarè laudabiliterq̃ue. Utenim belli tem-
 pore, cum mala ingruunt atque incommoda alia, tum nul-

lus est aratro dignus honos: *squalent abductis arva colonis: sic pax aurea* (vides
 cam in nummo Imperatoris) *fruges fructusq̃, hoc est, omnium rerum ubertatem,*
non manu parcâ, sed plenis calathis atq̃, canistris offert. Referri huc potest, ac de-
 bet, quod eodem penè tempore, cum Pontifice, Rege Anglæ: Helvetiis fœ-
 dus iniit: iuvit ac promovit reconciliationem Francisci Gallorum Regis, &
 Caroli Hispaniarum Belgarumq̃ue Principis: rediit cum Venetis in gratiam
 restitutâ Brixîâ Veronâq̃ue, & non nisi belli sumptibus exolutis. Spectat
 eodem, quod Carolum nepotem, in Hispaniam abiurientem, arctè com-
 plexus exosculatusq̃ue ubi fuisset, pro ætate multis de rebus instruit, ac qua
 ratione Belgas, Hispanos, Germanos ac Italos in sui amore ac reverentia
 contineret, edocuit: Belgarum verò ordinibus, diu ac sapè de officio erga